



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Articulus I. Quid & quotuplex Beneficium Ecclesiasticum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

ati: Ad quorum statum cum multa pertineant, de quibus alibi agendum, hic agemus de Beneficiis Ecclesiasticis, Horis Canonicis, & aliis paucis.

DUBIUM I.

De Beneficiis Ecclesiasticis.

ARTICULUS I.

Quid, & Quoruplex Beneficium Ecclesiasticum.

Resp. I. Beneficium Ecclesiasticum est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesie propter officium aliquod spirituale, auctoritate Ecclesie constitutum. Ita *Lay. l. 4. c. 2. c. 1. Less l. 2. c. 34. d. 1.*

Dicitur I. *Ius perpetuum*, ad excludendam Vicariam & Commendam temporalem; quæ non sunt Beneficia, de quibus Canones loquuntur.

Dicitur II. *Propter officium*: quia in Beneficio duo jura à se mutuo separabilia distinguuntur: I. Est jus seu potestas exercendi muneris spiritualis; estque simpliciter spirituale. Alterum est jus percipiendi redditus Ecclesiasticos: quod etsi secundum se sit temporale, quatenus tamen fundatur in officio spirituali, eique annexum est, spiritualitatem aliquam participat.

Dicitur III. *Auctoritate Ecclesie, &c.* quia solius Prælati est, officia in Ecclesia instituere; eisque proventus Ecclesiasticos annectere; ipsiusque esse dispicere, quot & qualibus ministris Ecclesia egeat.

Resp. II. Beneficium dividitur, I. In sæculare, quod pro sæcularibus; & regulare, quod pro Regularibus est institutum. Unde sine dispensatione, nec sæculare regulari, nec contra conferri potest.

“Porro omne Beneficium præsumitur esse sæcula-
 “re, nisi probetur esse regulare, vel ex prima sui in-
 “stitutione, vel per possessionem pacificam 40. an-
 “norum: per eam enim ex sæculari fit regulare, &
 “contra.

“ II. Beneficium aliud est duplex, aliud simplex.
 “Duplex dicitur, quod est cum administratione; ut
 “Papatus, Episcopatus, & omnia quæ dicuntur di-
 “gnitatis, hoc est, quæ habent præminentiam cum
 “jurisdictione in foro externo, ut Præpositura, De-
 “canatus, Archi-Diaconatus, Abbatia, sive sæcularis,
 “sive regularis, Prioratus claustralis: Item persona-
 “tus, qui est eminentia in Ecclesia, sine jurisdic-
 “tione, v. g. locus honorificus in choro, in processio-
 “nibus, suffragiis ferendis, ut Cantoria, & similes.
 “Item beneficia, quæ dicuntur officia, habentque
 “administrationem rerum Ecclesiasticarum, sine
 “jurisdictione ut Custos, Thesaurarius, Primicerius,
 “Archi-Presbyter. Denique duplicia dicuntur, Bene-
 “ficia Curata; hæc enim omnia duplici onere &
 “& curâ constricta censentur, cum præter recitatio-
 “nem precum omnibus communem, habeant ali-
 “quam administrationem & eminentiam. Simplicia
 “dicuntur, quæ tantum sunt instituta ad officia di-
 “vina obeunda, neque administrationem, vel emi-
 “nentiam singularem habent, ut Canonicatus, sive
 “sæculares, sive regulares, Capellaniæ, vid. Lay. c. 4.
 “n. 4. & Less. d. 2.

A D D E N D A.

214 CUM de materia beneficiorum fusè & accuratè
 scripserit R. P. *Petrus Leurenus* in foro benefi-
 ciali, edito Coloniae anno 1704., ad hunc pro his
 materiis frequenter remittam, maximè pro locis &
 textibus Auctorum, quos citabo. Q. 34.

Q. 34. *Quæ sit distinctio inter Beneficium, Ca-* 215
nonicatum, præbendam. R.

§. I. Si strictè loquamur, hæc est, 1. Beneficium est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis ratione spiritualis officii, constitutum ab Ecclesia, ut pluribus explicat *Leur. p. 1, q. 1. & seqq.* Perinde autem est, siue illud jus sit in aliquo, qui spectet ad aliquod Capitulum, siue non: melius autem dicitur cum *Lott. l. 1. q. 33. à n. 24.*, quod Monachus non sit beneficium. 2. Canonicatus est jus spirituale, quod aliquis ad Capitulum spectans habet ad stallum siue sedem in choro, & ad vocem in Capitulo, siquidem in sacris sit constitutus; ideoque potest aliquis esse Canonicus, qui tamen non habeat beneficium, id est, necdum habeat jus percipiendi fructus. 3. Præbenda est jus percipiendi fructus provenientes à Canonicatu, unde iterum Canonicus tamdiu est sine præbenda, quamdiu necdum habet jus percipiendi fructus; notatque *Neusser* in *polyanth. d. 144. n. 5.* posse alicui conferri Canonicatum absque præbenda, dummodo adsit causa, & non fiat in multis: addit cum *Fagn. Pirh. & aliis* tali Canonico esse conferendam primam præbendam vacanturam.

§. II. In illo, quod communi nomine appel- 216
lamus beneficium Ecclesiasticum, tria inveniuntur, officium, beneficium & fructus: officium est obligatio ad aliquam functionem spirituales, v. g. ad administranda Sacramenta, ad legendas horas, & hoc officium est immediatè in se aliquid spirituale, quod est fundamentum beneficii. Beneficium hinc intelligitur jus ad fructus ratione officii, quod jus per hoc tantum est spirituale, quod spirituali officio sit annexum & in eo fundetur: estque talis præstatio fructuum, secundum *Az. p. 2. l. 6. c. 1. juris naturalis,*

quia de jure naturæ debetur operario sua merces; secundum alios cum *Lott.* est juris Divini, quia Deus *Num. 18. v. 8.*, Christus *Luc. 10. v. 7.* Apostolus *1. ad Corinth. 9. v. 13.* præcipiunt Ministris Ecclesiæ dari suas mercedes & stipendia; constitutio tamen tanti vel tanti stipendii ex hoc vel illo fundo est juris humani tantum, uti rectè AA. apud *Leur. q. 12.* Fructus seu proventus ipsi sunt aliquid omnino temporale, unde illos vendere aut emere nulla est Simonia.

217 Q. 35. Quid sit præstimonium; beneficium titolare, manuale, monoculare; Commenda Spirituallis. R.

§. I. Præstimonium est beneficium institutum pro Clericis, ut studiis vacent; habetque sæpe adjunctum onus orandi quotidie quinquies Pater & Ave; putantque *Az. Suar. Garc. Gonz. & Castrop. tr. 13. d. 1. p. 7. n. 1.* esse verum beneficium Ecclesiasticum ac materiam Simonix, quamvis aliqui id negent.

218 §. II. Beneficium titolare est, quod in titulum perpetuum sic confertur, ut absque gravi causa non possit auferri, & ideo est titulus Ordinationis.

219 §. III. Beneficium manuale est, quod ad nutum alterius potest auferri, ideoque dicitur manuale, quia in alterius manu & dispositione manet illud relinquere vel auferre: talia sunt pleraque beneficia regularia; neque dicuntur ejusmodi beneficia propriè vacare, si moriatur deserviens; neque subjacent regulis provisionum, sicuti alia, *Luca de benef. d. 97. n. 19.* In dubio autem an aliquod beneficium sit manuale an absolutè perpetuum, si sit sæculare, præsumi debet esse absolutè perpetuum; imò omne manuale sæculare potest conferri in perpetuum, *Luca n. 23.* è contrà si sit regulare, præsumitur manuale, propter subjectionem ad obedientiam, *Luca n. 3.*, qui n. 6. ostendit manualia quæcumque (exceptis Commendis

dis aliisque, quæ non sunt meræ gratiæ sed veluti præmia benemeritorum) posse auferri pro arbitrio Superioris etiam sine causa, nisi fieret ex odio & calumnia vel cum magno dedecore amoti, qui probare debet fieri ex illis causis vel cum hoc incommodo: imò quamvis Episcopus aliquem ordinasset super tali beneficio, adhuc posset amoveri, quia factum Episcopi non debet præjudicare illi, qui habet jus amovendi, nisi hic consensisset; *Garcias* p. 1. c. 2. n. 91. *Luca* n. 25. An autem amotio fieri possit per laicos, videri potest *Luca* disc. 80. sed de tali amotione, siue licita vel etiam valida, plura videri possunt apud *Castrop.* d. I. p. 5. Item universim de perpetuitate & manualitate beneficiorum plura habet *Leur.* p. I. q. 61. & seqq.

§. IV. Beneficium monoculare est, quod est unicum in Ecclesia, vel cujus solius & unici collationem habet aliquis, *Lott.* l. 2. q. 39. n. 3. *Nicol.* tit. 1. d. 2. §. 2.

§. V. Commenda spiritualis est officium vel beneficium, in quo alicui commendatur administratio aliqua spiritualis; v. g. ministrandi Sacramenta, concionandi &c., & aliter vocatur Vicaria; potestque esse perpetua vel temporalis, uti latè prosequitur *Castrop.* p. 8., & dicemus à n. 239.

Q. 36. An beneficia manualia sint reipsa beneficia. R. Negant cum aliis *Sanch.* in *Decal.* l. 7. c. 29. n. 106. & *Castrop.* t. 13. d. I. p. 2. n. 7., quia non sunt perpetua; sed *Less.* de just. l. 2. c. 34. d. 1. affirmat, nam in se, id est, ex natura & institutione sua sunt perpetua, ac etiam conferuntur in perpetuum, siue absque restrictione ad tempus, quamvis per accidens & prout sunt in hoc beneficiato non sint perpetua, quia nempe hic provisus est subjectus dispositioni Superioris vel obedientiæ quoad officium,

habitationem ac vitæ totius directionem. Deinde etiam per hoc sunt perpetua, quod instituta sint, ut semper durent, dumque auferuntur uni, ut alteri conferantur, uti innuit *Nav.* apud *Gob.* t. 8. n. 631. Et sic patet, cur pensiones non sint beneficia, quia nempe morte pensionarii extinguuntur. Videri potest *Leur.* p. 1. q. 84. uti & *Illsung* t. 5. n. 173.

223 Q. 37. Quid præterea notandum sit circa beneficia regularia & secularia. R. seqq.

§. I. In Ecclesia seculari possunt esse beneficia regularia, & in regulari secularia, *Luca* de benef. d. 63. n. 4., *Corr.* de benef. l. 1. c. 6. à n. 329. Imò in eadem Ecclesia possunt esse duo Capitula, unum secularare, alterum regulare; item collator potest esse regularis & beneficium secularare, ita ut non possit conferri regulari, *Luca* n. 7. & 12. An autem beneficium fundatum in Ecclesia regulari possit semper præsumi regulare, videri potest *Castrop.* t. 13. d. 1. p. 34 §. 4. n. 6.

224 §. II. Beneficium secularare vacat per professionem Religiosam nisi Papa dispenset; sed meritò non debet dispensare, ut Religiosus sit Canonicus, quando est contra statuta vel immemorabilem consuetudinem alicujus Ecclesiæ, *Luca* d. 64.

225 §. III. Beneficia secularia sine dispensatione conferri posse Regularibus, præsertim Canonicis, docet cum aliis multis *Tamb.* de jure Abb. T. 3. d. 9. q. 8., quem sequuntur *Engel & Lessius* in auct. v. Religiosus, cas. 2. Oppositum probabilius tenent ex *Conc. Later. Rebuff. Castrop. VVames. Pelliz.* t. 8. c. 6. à n. 231. *Corr.* in praxi dispens. l. 6. c. 1. *Sanch.* in Dec. l. 7. c. 29. *Garc.* p. 7. c. 10. à n. 31. *Pirb.* l. 3. t. 5. n. 118.: In quibus tamen casibus beneficia secularia conferri possint Regularibus vel regularia secularibus, videri potest apud *Castrop.* §. 1. & *Leur.* p. 1.

q. 37. & 39., ubi q. 40. notat beneficium Regulari unius Ordinis vel Monasterii non posse conferri Regulari diverſi: quot verò vota requirantur, ſi Regularis eligatur vel poſtuletur ad dignitatem ſæcularem, explicant *Caſtrop.* §. 2. & *Leur.* q. 59. & 60. Quamvis autem multi dixerint ad electionem Monachi pro beneficio ſæculari curato non requiri diſpenſationem Episcopi, ſed tantum licentiam proprii Superioris, nunc tamen ob jus novum dicendum eſt nec Monachum nec Canonicum regularem poſſe aſſumi, neque in hoc diſpenſare poſſe Episcopum, uti latè ex jure & AA. deducit *Leur.* à q. 46. Poſſe tamen beneficia ſæculare validè conferri novitio, docent *Sanch. Garc. Caſtrop.* & alii: Qualis verò requiratur licentia Superiorum vel Conventus, ut Regularis diſpenſatus poſſit admittere tale beneficium ſæculare, explicat *Leur.* q. 55. & ſeqq.

Q. 38. *Quid addendum ſit circa beneficium duplex.* R. Seqq. 226

§. I. Beneficium duplex eſt, quod afficitur aliquâ qualitate juris, id eſt, vel præ eminentiâ, vel jurisdictione vel adminiſtratione Eccleſiæ; ſi ſit cum præ eminentiâ & jurisdictione in foro externo circa Clericos, dicitur Dignitas; ſi cum præ eminentiâ & jurisdictione in foro tantum interno, dicitur Curatum; ſi cum præ eminentiâ ſine jurisdictione, Perſonatus; ſi ſine præ eminentiâ & jurisdictione habeat annexam adminiſtrationem aliquam, v. g. Cellerarii, dicitur Officium: Theſauraria in quibusdam Capitulis eſt dignitas vel perſonatus, in aliis tantum Officium. Videri poſſe *Leur.* p. 1. q. 32., ubi plura de diſiſione illa beneficiorum.

§. II. Beneficium duplex ſubdividitur in majus, 227
medium & minus: majus eſt quaſi culmen beneficiorum & dignitatum, uti Papatus, Cardinalatus,

Prima-

Primatus, Patriarchatus, Archi-Episcopatus, Episcopatus; hæc tamen in Canonibus pœnalibus & aliis, quæ strictæ sunt interpretationis, non veniunt nomine beneficii, unde cum exemptio à lege sit strictè interpretanda, si detur dispensatio ad omnia beneficia, non debet extendi, nequidem ad Episcopatum, *Garc. p. 1. c. 6. n. 66.* aliique cum *Leur. q. 34.*, ubi pluribus exponit, quanam etiam præbendæ quandoque non veniant nomine beneficii. Beneficium duplex medium, est v. g. Decanatus, Abbatia, uti tenent aliqui apud *Lott. l. 1. q. 26. à n. 17.*, Item Prioratus Claustralis, si quis sub Abbate curam disciplinæ habeat; & Prioratus Conventualis, si quis non habeat Superiorem in eo Conventu; item Patronatus. Duplex minus dicitur, in quo exercetur jurisdictio tantum in foro interno, uti faciunt Parochi & Sacellani.

228 Q. 39. *Quid censendum sit, in dubio, an beneficium sit simplex an curatum.* R. Censeri debet simplex, quia tot sunt qualitates ad beneficium curatum requisitæ, ut meritò præsumi non debeant, nisi probentur, *Gutt. Hoi. Gonz. Diana p. 4. t. 3. R. 74. Nicol. t. 1. d. 6 §. 2.* Quomodo autem immutetur quandoque, vel unde deprehendi possit mutatio status beneficii, explicat *Leur. p. 1. q. 33. & 38.*, possuntque videri dicenda à n. 296.

229 Q. 40 *An præbendæ Canonessarum sint beneficia.* R. Colligetur ex dicendis, inter quæ plura addemus ad hunc statum pertinentia.

§. I. Status hic est antiquus, scilicet ab anno 817. uti referunt *Zyp. in Conf. Canon. l. 3. de Regul. consult. 17. & Neuss. Poly. d. 145. n. 4.*, ejusque mentionem faciunt *Bonif. VIII. Cap. Indemnitatibus*, de Elect. in 6., ubi statuit, ut earum Abbatissa sit annorum saltem 30. Item *Clemens V. in Clem. l. 3. t. 10. c. 2.*,
Atten

Attendentes, ubi dicit eas visitari posse ab Episcopo, si exemptæ non sint, si autem exemptæ sint, à Nuntio Apostolico: & licet aliqui apud *Corr. de benef. I. c. 5. n. 142.* dixerint statum illum ab Ecclesia esse reprobatum, tamen *Zyp.* aliique cum *Neuss. n. 7.* rectè docent non reprobari, quamvis etiam positivè non approbetur, nisi velut laudabilis Congregatio, *Neuss. n. 8.* Imò *Thomas. p. I. l. 3. c. 63. n. 3.* dicit videri tacitè approbatas. Quamvis autem Clericæ non sint, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, viri & Moniales aliique Canonici seculares, *Zyp. Neuss. n. 8. & 9.*

§. II. Docet *Corr. n. 144.* præbendas earum esse 230
seculares, quarum plures possint sine dispensatione possideri; *Conc. tamen Coloniense* apud *Thomas.* dicit non posse uni Abbatissæ duo ejusmodi Collegia subesse. Addunt *Lott. Buratt. Corr. Tond. &* alii tales præbendas non esse materiam simoniæ, *Neuss.* tamen n. II. dicit esse quodammodo Ecclesiasticas nec inexpertes simoniæ; & hoc est, quod diximus l. 3. p. I. n. 105. Notant etiam *Zyp. à n. 27. & Neuss. n. 9.*, si tenues sint, posse uniri auctoritate Episcopi: & absolutè docent *Less. in auct. v. Hæc Canonica* cas. 16. & *Neuss. n. II.* illas præbendas non esse veros Canonicatus aut beneficia, cum hæc prærequirant saltem primam consuram.

§. III. *Less.* suprà dicit esse obligationem apud 231
ipsas, ut gestetur in choro certus habitus; item ut Capitulum & singulæ de Capitulo procurent officium Divinum quotidie fieri, ita ut si quæ suâ absentia vel aliter causaret omissionem officii, esset peccatura mortaliter; ubi tamen plures sunt & sine eis haberi poterit officium, dicit absentiam trium dierum non fore mortalem sed venialem, si causa legitima desit. E. contra eas non obligari ad quotidianam

dianam persolutionem officii Divini in choro, dicit certum esse *Neuß.* n. 13., adductâ praxi trium Collegiorum prope Bonnam, quæ in Dominicis tantum Missam, aliquas parvas horas & vespervas decantent, sed cum praxis illa non sit universalis nec sciatur esse approbata, nihil probat universaliter aut pro aliis locis, in quibus potest esse obligatio saltem ex consuetudine.

232 §. IV. Idem *Leß.* putat Canonessam omittentem officium uno vel altero die, dum chorum non frequentat, non videri peccare mortaliter, tum quia non tenetur ratione Ordinis vel beneficii, cum Ordinem & beneficium non habeat; nec ratione Præbendæ videatur tam strictè obliganda, non enim est idem finis, qui Canonorum, sed hic est, ut discant inter se honestè vivere ac bene educantur; videturque annexa officii recitatio tanquam pium exercitium eò juvans: nec sunt Ministræ Ecclesiæ, uti Canonici; nec potest supponi, inquit, quòd fundatores puellas nobiles tam strictè obligare voluerint: si tamen ad mensem vel fortè etiam ad hebdomadam omitterent, putat fore mortale, quia videtur esse contra finem institutionis & mentem fundatoris, qui minùs non requisierit. *Neuß.* n. 14. etiam absolute docet velut probabile, quòd non obligentur ad privatam lectionem Horarum; & audivi idem in publica disputatione propugnari: sed contradicit *Thomas.* n. 10., nam ad hoc potest esse obligatio saltem ex consuetudine legitime introducta, quæ colligi potest ex usu timoratarum, nam præteritis temporibus, etiam cum degerent extra Collegia, sollicitè pensum illud Horarum exsolvebant, & de hoc admonebantur sedulo à Parentibus, faciebantque sibi conscientiam peccati, si non persolverent, uti testantur etiam nun viventes, antiquæ simplicitatis ac pietatis studiosæ:

odiosæ: notat tamen *Leß.* ipsas, si omittant, non amittere ipso facto fructus Præbendæ nec teneri ad restitutionem, quia leges pœnales loquentes de solis Canonicis & beneficiariis non sunt extendendæ, utpote odiosæ. Cum *Leßio* quoad omnia tenet etiam *Gob. in Exp. t. 5. n. 633.*

§. V. Quæsitum est nuper, an si in ejusmodi Collegio sit statutum, ut Canonessæ castitatem servant, possit aliqua clam maritata pergere frui Præbendâ, v. g. ad annum, & interea domum vendere, ac, prout mos est, resignare præbendam. Affirmabant aliqui viri docti, 1. Quia statutum, vi cujus maritata privatur Præbendâ, non videtur obligare in conscientia. 2. Simile statutum contra fornicariam occultam, quæ peperit, non privat illam ipso facto Præbendâ, ergo neque maritatum. 3. Statutum illud circa fornicariam est pœnale non obligans ante sententiam vel declarationem, ergo similiter illud circa maritatum. 4. Bona illa non sunt Ecclesiastica, nec Præbendæ illæ sunt spirituales, ergo non obstat status matrimonii, saltem si sit occultus. Ego oppositum tenui cum aliis, quia Matrimonium reddit personam inhabilem ad talem Præbendam, adeoque etiam ad fructus ex illa, nam 1. Maritata, etiam occulta, non posset validè primò admitti ad talem Præbendam, uti prudentes omnes judicabunt, ergo signum est matrimonio induci inhabilitatem, sicut matrimonio Clerici, etiam occulto, inducitur inhabilitas ad beneficium Ecclesiasticum, etiam retinendum. 2. Finis intrinsecus talium Præbendarum & foundationum est, (sicuti dicent omnes, qui de ejusmodi Præbendis aliquam notitiam habent) ut nobiles puellæ cœlibes vel volentes nubere, vel nubendi occasionem expectantes honestè educantur & saluti serviant extra graviora pericula sæculi, ergo po-
sio

fito iam matrimonio cessat finis intrinsecus talium Præbendarum, cum etiam cesset cœlibatus, cessante autem sine intrinseco Præbendæ in aliquo subiecto, hocipso sine ulla sententia vel declaratione est talis persona inhabilis & privata, uti dictum est de Clerico uxorato, ergo. 3. Si talis fœmina non est per matrimonium facta inhabilis, poterit non tantum uno anno sed totâ vitâ retinere occultato matrimonio, poterunt & reliquæ ex simili causa, hoc autem nemo concedet, ergo. Unde,

Respondeo ad 1. Dato, quod obligatio cœlibatûs non sit ex statuto in conscientia obligante, attamen est ex fine intrinseco talium præbendarum, quo deficiente persona non manet habilis ad possidendum, adeoque de jure naturæ resultat in conscientia obligatio se habendi velut privatam. *Ad 2.* N. conf., quia fornicaria occulta non fit inhabilis, nam posset primò admitti ad talem Præbendam; & in ea non cessat finis Præbendæ, cum maneat cœlebs, apta honestè educari usquedum nubat, si velit. *Ad 3.* N. confeq., quia fornicatio est crimen, cui respondet pœna, quam non tenetur quis in seipso exequi, ordinariè saltem: matrimonium non est crimen, sed tantum inducit inhabilitatem, ad quam non prærequiritur sententia vel declaratio. *Ad 4.* Do antec. & n. confeq., quia cum matrimonio non stat finis intrinsecus talium Præbendarum, etiam dato, quod pro sæcularibus fundatæ sint, quod tamen non est semper, sed sæpe primitus fuerunt foundationes Religiosarum.

234 Q. 41. *Quid de Capellaniis sit notandum.* R. seqq.

§. I. Capella dicitur à cappa, quia erat certum genus tegumenti seu tentorii, sub quo Francorum Reges olim in campo habebant sua divina; nunc sumi-

sumitur pro Oratorio vel ædicula templo alicui annexa aut in templo interclusa cancellis, in qua erigitur altare: & cura regendi talem Capellam dicitur Capellania, cui autem cura illa committitur, dicitur Capellanus, *Az. p. 2. l. 3. c. 8. q. 2.* Unde etiam dici posset Sacellanus, quia ipsi talis sacra cella siue sacellum committitur; sed in his partibus obtinuit usus, ut per Sacellanum intelligatur aliquis, qui Parochum iuvat in cura animarum, quamvis nulla Capella vel altare ipsi specialiter committatur.

§. II. Capellania tum tantum est beneficium, si auctoritate Episcopi sit creata & dotata, *Garc. p. 1. c. 2. n. 102. Corr. l. 1. n. 285.*; aliàs est quoddam veluti legatum relictum cum obligatione alia onera præstandi: possetque concedi non tonsurato, infantibus aut etiam fœminis secundum voluntatem fundatoris, *Luca de benef. d. 8. n. 18. & ad Trid. d. 24. n. 10.* Porro signum est non esse beneficium sed Capellaniam purè laicam, si semper conferatur à Patrono laico absque auctoritate Episcopi vel Ecclesiæ, *Casrop. t. 13. d. 1. p. 6.* Effetque absque Simonia vendibilis, non quidem Capellania, sed talis Capella secundum æstimationem materialium, *Lott. l. 2. q. 4. à n. 14.* Poterit tamen ejusmodi Capellania laica auctoritate Episcopi erigi in beneficium, dummodo fundator expressè aliter non voluerit, hoc enim & ipsi & Ecclesiæ est favorabilius; censetur autem aliter voluisse, si ipsemet vivens posuerit Capellanum non requisito Ordinario: Quod si voluerit esse Ecclesiasticam, ad Ordinarium, per se loquendo, spectat institutio, præsentatio autem sola ad fundatorem vel patronum ab eo designatum; indubio verò Capellania præsumitur esse beneficium, *Barb. de jure Eccl. l. 3. c. 5. n. 1*

§. III. Capellania laica non obligat ad Horas, 236

I

nec

nec potest esse titulus Ordinationis, etiam si collator peteret aliquem desuper ordinari, cum non sit beneficium, & Capellanus semper liberè amoveri possit: è contrà Capellaniæ Ecclesiasticæ, quæ solent solis Clericis 14. annorum conferri, quando perpetuæ sunt, habentque sufficientes proventus, possunt esse titulus Ordinationis.

237 §. IV. Si fundator noluerit, Ordinarius non debet visitare Capellaniam tam Ecclesiasticam quam laicam; si tamen de hoc nulla mentio est facta, Ordinarius poterit visitare utramque, quamvis visitatio esset etiam alicui alteri commissa, quia est opus pium, à cujus inspectione non ideo excluditur Ordinarius, quòd etiam alius designetur inspector, cum id jure suo competat Ordinario.

238 §. V. Capellanus laicus non tenetur ad subsidium, quod sæpe imponitur super proventus Ecclesiasticos, non enim habet beneficium Ecclesiasticum. Hæc aliaque plura de Capellanis videri possunt apud AA. citatos & apud *Leur.* p. 1. q. 85. & seqq.

239 Q. 42. *Quid circa Vicarias sit notandum.* R. Seqq.

§. I. Vicaria dicitur à vices gerendo, estque constitutio alicujus ad gerendum officium beneficiale alterius. Quòd si constituatur tantum ad tempus aut ad beneplacitum constituentis, dicitur Vicaria temporalis; si constituatur auctoritate Ordinarii in perpetuum, maximè pro cura simul administranda, dicitur perpetua, & ei deserviens dicitur Vicarius perpetuus, & sæpe vocatur etiam Rector, non quidem Ecclesiæ, sed curæ animarum, *Barb.* de jure Eccl. l. 3. c. 6. n. 26. *Lott.* l. 1. q. 33. n. 110. Dantur tamen etiam Vicariæ non curatæ; quæ autem in Ecclesiis parochialibus sunt perpetuæ & curatæ, requirunt Sacerdotium ac eandem ætatem, uti alia be-

beneficia parochialia, uti habetur in Clementinis l. 1. c. 7., attamen non necessarid conferuntur per concursum, *Nicol. t. I. d. 17. §. 4. 14. 15.* Unde autem colligatur, an sit Vicaria, explicat §. 20.

§. II. Vicaria perpetua est beneficium, Cap. *Po-* 240
stulasti, de rescriptis: temporalis, non est beneficium, *Barb. n. 58.*, posset tamen in visitatione erigi in beneficium vocatis & auditis illis, ad quos spectant Ecclesie unitæ vel beneficia, in quibus constituitur Vicaria, hi enim retinent jus nominandi, *Garc. p. 9. c. 2. n. 294. Barb. n. 45.* Potest etiam Ordinarius in visitatione ex justa causa constituere Vicarium perpetuum in parochiali unita Capitulo alicui vel Monasterio Regularium non Mendicantium, *Corr. l. 3. c. 9. à n. 6. Barb. à n. 9.* An autem ad ista requiratur etiam Patroni consensus, videri potest *Laym. ad cap. 3. De off. Vicarii n. 3.* Debet autem constituendus in Ecclesia regulari esse Regularis, nisi in unione aliter sit expressum vel longissimo tempore fuerit secularis, *Laym. supra: semel autem constitutus Vicarius perpetuus, hoc ipso amoveri non potest, etiamsi Rector principalis moriatur, Corr. n. 3. Lott. l. 3. q. 27. n. 171. Barb. n. 47.*

§ III. Vicarius perpetuus potest sibi alium substi- 241
tuere ad unam aut alteram hebdomadam, quia curam & jurisdictionem Ordinariam habet, *Az. Castrop. t. 13. d. 1. p. 8.* Addit *Laym. ad c. 4. supra, etiam ad duos menses, si raro fiat: Vicarius tamen temporalis id non potest, nisi de licentia saltem tacita Ordinarii, quæ ex consuetudine censetur adesse; ex qua potest etiam sibi adungere alium cooperatorem, Laym. in Th. Mor. l. 5. c. 6. c. 10. n. 13. Castrop. n. 4.* Et posse etiam temporalem ad universitatem causarum constitutum, pro assistentia Matrimonii vices suas alteri delegare, putat *Sanch. de Matr. l. 3. d. 31. à n. 13.*

242 §. IV. Portio congrua Vicario assignanda, secundum Const. Pii V. non debet esse major 100, nec minor 50. scutis annuis, computatis omnibus incertis emolumentis & aliis obventionibus, uti pluribus explicat *Luca* ad Trid. d. 9. à n. 8., & de Parochis d. 19. n. 3. & d. 20. à n. 7. *Barb.* à n. 44.; an autem jus habeat ad distributiones, & ad quæ emolumenta, explicat *Luca* de Parochis d. 17. à n. 6.

243 §. V. Vicarius temporalis non tenetur ratione Vicariæ ad horas; tenetur tamen sæpe aliunde, uti refert *Barb.* de jure Eccl. l. 3. c. 6. n. 62. An autem quandoque teneatur ad subsidium charitativum, videri potest *Leur.* p. 1. q. 138., ubi etiam à q. 108. habet de hactenus dictis & aliis huc spectantibus.

Q. 43. Quid de Vicariatu Episcopi sit notandum. R. Seqq.

244 §. I. Vicarius Episcopi in genere est duplex, specialis & generalis: specialis est, qui pro certis tantum locis in diocesi vices Episcopi agit, & est v. g. Archidiaconus, qui etiam dicitur Vicarius natus, quia ex officio, independenter à denominatione Episcopi, habet aliqua gerenda; talis etiam est Vicarius foraneus, qui foris, sive extra urbem, quam Episcopus inhabitat, pro certis Parochiis constituitur ad aliqua gerenda. Vicarius generalis est, qui pro tota diocesi constituitur ad aliqua vice Episcopi gerenda.

245 §. II. Vicarius generalis, alius est in Pontificalibus, qui ordinariè dicitur Suffraganeus; alius in spiritualibus, qui ordinariè venit nomine Vicarii; alius in contentiosis, qui dicitur Officialis, estque præses judicii Ecclesiastici.

246 §. III. Cum Suffraganei sæpe sint Vicarii simul, aut in quibusdam locis non sint Suffraganei sed soli Vicarii, quandoq; etiam Episcopi aliqua specialia demandant

mandent uni vel alteri extraordinariè, fit, ut non ubique satis distinguatur, quid pertineat ad singulorum officium, & dum sunt distinctæ personæ, una in alterius partes se ingerat, non sine magnis incommodis, quibus ut occurreret Ferdinandus Archi-Episcopus Coloniensis declaravit typo 26. oct. 1645. quid veller ad unumquemque pertinere: singulorum etiam functiones accuratè describit *Dript* in speculo Archidiaconali f. 1. a. 4., qui videri potest: hoc videtur certum ex Cap. *Cùm nullus*, De tempor. Ordin. in 6., quòd Vicarius ex vi officii sui litteras dimissorias concedere non possit, cùm ad id Vicariatûs officium non extendatur, nisi Episcopo in remotis agente, *Barb.* in collect. ad *Trid.* Sess. 23. c. 10. de ref. n. 17. & de potest. Epif. alleg. 7. n. 9. *Sbroz. Rebuff. Gutt Zerol. P. Greg. Az. Emman. Pias. Abzed. Velasc. Sanch. Gratian. Narbon. Campan. Molf. Homob. Cabass. l. 1. c. 13. n. 12.* Addit *Barb.* n. 4. dimissorias posse concedere cunctos Episcopos, qui attentâ juris Sanctione, privilegio vel consuetudine ad Ordines valent assumere, is enim potest dimissorias concedere, qui & ordinare valet; hinc *Dript & Vinitoris* docent Suffraganeum ex vi Officii posse dimittere eos, quos ordinare potest.

§. IV. Quando aliqua delegatio vel expeditio 247
inscribitur Româ ad Officialem Episcopi, per hunc de stylo Curia ultra montes & maria intelligitur Vicarius, uti notant *Mandos. Hier. Paulus, Sbroc. Barb.* de potest. Epif. alleg. 54. n. 53. *Corr.* in praxi disp. l. 2. c. 4. à n. 17. *Rosa* de Execut. litt. Apost. p. I. c. 3. n. 22. *Dript* §. De officio Vicarii in contentiosis. Atque ita pro dicecesi Monasteriensi declaravit *Ferdinandus Bavarus* Episcopus; item *Christoph. Bernardus* 16. Julii 1663. his verbis, *Prædecessoris nostri*

stri Ferdinandi gloriosa memoria declarationi & decreto inhærentes tenore præsentium declaramus ac decernimus, quæcumque collationes beneficiorum, dispensationes aliaque causa quacumque ab altissimè memorato SS. Dom. nostro aut sede Apostolica ad partes remissa & Officiali nostro inscripta, commissa vel delegata fuerint, per Officialem, nostrum in spiritualibus Vicarium generalem intelligendum esse & intelligi debere &c. Idem declaravit ac decrevit 13. Dec. 1703. *Celsiss. Fridericus Christianus* Ratio est, quia Vicarius in spiritualibus, non autem in contentiosis, est vi officii sui in dignitate Ecclesiastica, ergo non hic sed ille censeri debet Delegatus Sedis Apostolicæ, cùm causæ ab hac non debeant committi nisi constitutis in Dignitate, vel Canonicis in Cathedrali, *Cap. Statutum, II. de rescriptis in 6. Sbrocius de Vicar. Episc. l. 2. q. 29. Garc. p. 5. c. 8. n. 36. Barb. à n. 132.* Duo opponit quidam modernus, I. Quòd in Curia sit praxis, ut etiam si expressè petatur delegatio ad Vicarium, id negetur, ergo signum est in Curia per Officialem non intelligi Vicarium. 2. Quòd in Leodienti diocesi in gratiosis intelligatur Vicarius, in contentiosis Officialis, ergo similiter ubique. *R. Ad 1. n. conseq.,* nolunt enim mutare stylum, sed semper inscribunt Officiali; supponunt autem per hunc in his partibus intelligi Vicarium. *Ad 2. Dato anteced. n. conseq.,* si enim id fiat ibi, est propter statutum aliquod vel consuetudinem; oppositum autem est in aliis diocesisibus.

248 §. V. Omnes tres Vicarii generales videntur habere potestatem vel Jurisdictionem ordinariam, ut colligitur ex *Cap. Inter cetera, De off. Jud. Ordin., Cùm Episcopus*, eod. tit. in 6., *L. solet 16. & seqq.*, ubi *Gl. & DD. ff. de jurisd. omnium Jud.*, Et quidem

dem de Suffraganeo habetur Cap. Quoniam in ple-
risque, ubi Gl. & DD., v. Vicarium, de off. Jud.
Ordin., & Cap. si Episcopus, De Præb. in 6. Menoch.
conf. 59. n. 59. De Vicario, Cap. In nona, 16. q. 7.,
Cap. Cum nullus, de temp. Ordin. in 6., Cap. Cum in
generali, de off. Vicar. in 6.; tenentque innumeri,
quos citat & sequitur Barb. de Jure Eccl. l. 3. c. 6.
De Officiali, Cap. 2. de consuet. in 6., Cap. Cum
nullus, supra, & Cap. Licet, de off. Vicar. in 6., ubi
Gl. v. Officialem, Cap. Cum in Generali ibidem,
Clement. 2. de rescriptis, junctâ Gl. v. Officialis. Spe-
cialiter autem de Vicario probant AA. communiter,
tum quia facit idem tribunal, nec ab illo ad Episco-
pum datur appellatio, tum quia factâ nominatione
Episcopi, potestas vel jurisdictio ab ipsis legibus illi
conceditur; & idem quoque videtur esse de aliis
Vicariis, Az. Mol. Sanch. Barb. de potest. Epif. al-
leg. 54. à n. 1. Castrop. t. 13. d. 2. p. 30. à n. 1.

§. VI. Quando Episcopus Vicario committit ali-
qua non comprehensa in generali potestate Vicaria-
tus, si illa annectantur officio Vicariatus vel ejus in-
tuitu committantur, pertinent ad jurisdictionem
Ordinariam, quia accessorium sequitur principale:
alia autem spectant ad delegatam, Sbroc. q. 55. Garc.
n. 41. Sanch. de matr. l. 3. d. 29. n. 8. Dript supra.

§. VII. Vicarius ex vi generalis commissionis
non potest conferre beneficia, uti habetur Cap. Cum
in generali, de off. Vic. in 6. Nec potest admittere
resignationes vel permutationes, Az. Rebuff. Ricc.
Garc. Paris. Castrop. n. 3. Nec præsentare vel elige-
re ad beneficia, ad quæ potest Episcopus, Sbroc. Pirb.
Potest tamen præsentatos instituere; Item constitue-
re, qui suppleant, dum vacat beneficium, non ta-
men subrogare alios, Covarr. Barb. n. 60. Ratio o-
mnium est, quia vi commissionis generalis potest

tantum ea, quæ sunt necessitatis & utilitatis, non autem quæ sunt gratiæ. Vide *Leur.* p. 2. q. 6. 2. & seqq., ubi explicat, quandonam censeatur concessa facultas conferendi beneficia, & quomodo sit interpretanda. Vide etiam *Barb.* à n. 60.

251 §. VIII. Si Episcopus commiserit Vicario collationem beneficii, potest conferre etiam extra diocesin existens, non aliter ac Episcopus ipse, secundum dicenda n. 366., notatque etiam *Leur.* q. 692. Quod si conferat indigno, Episcopus non ideo privatur jure conferendi, quia mandatum erat, ut conferret digno, quod ille transgressus est, ergo nocere non debet mandanti, *Rebuff. Laym. Nec obstat*, quod Episcopus & Vicarius censeantur una persona, nam cum hoc fiat, quod de Vicarii culpa possit cognoscere, nec Vicarii potestas teneat, nisi dependenter ab Episcopo, hinc potest rescindere malè acta ab illo, *Laym. Leur.* q. 753.

252 §. IX. Tum potest Episcopus suo Vicario generali committere potestatem dispensandi in casibus sibi à Sede Apostolica concessis, quando commissio à S. Sede facta est Episcopo ratione dignitatis vel officii sui, quia tum talis potestas transit in ordinariam, & consequenter committi potest *Dript* pag. 54., qui rectè excipit casus Papales, quando per accidens ad Episcopum devolvuntur ob difficultatem ad eundem Papam. Si autem Episcopo nominatim expresso, ratione sui, talis potestas committeretur, non posset subdelegari sed censeri deberet electa industria personæ. Vide *Barb.* alleg. 39. à n. 11. Causam tamen à S. Sede sibi delegatam potest Episcopus Vicario generali subdelegare, uti habet communis ex *Cap. 3. de off. deleg.* Excipe, nisi sola executio sine cognitione causæ demandata sit, vel etiam hinc personæ delegatæ industria electa videatur, quod colligi debet

ex

ex causæ arduitate & aliis circumstantiis, *Dripte*
pag. 55.

An Vicarius generalis præcedere debeat alios quos- 253
cumque etiam de Capitulo Cathedrali, non est no-
strum definire: videri potest *Riccini* p. 4. R. 390. &
391., ubi pugnat pro Vicario, uti & *Barb.* alleg. 54.
à n. 143. item *Cabass.* l. 1. c. 13. n. 19., si tamen sit Ca-
nonicus, dicit non ideo ante alios deberi illi præce-
dentiam in choro vel Capitulo; vide etiam *Zerolam*
p. 2. v. *Vicarius*. Plura de Vicariis Episcopi videri
possunt apud *Leur.* in speciali tract. sub hoc titulo.

Q. 44. Quid de Archidiaconatu sit notandum. 254
R. Seqq.

§. I. Cap. I. & 7. *De off. Archid.*, dicitur qui-
dem Archidiaconus esse Vicarius Episcopi in omni-
bus, differt tamen à Vicariis, 1. quòd hi sint dativi,
id est, dati, assumpti & constituti ab Episcopo, Archi-
diaconus autem sit à jure statutus. 2. Quòd illorum
officium Episcopo mortuo cesset, nisi cum consensu
Capituli continuetur, maneat autem officium Archi-
diaconi. 3. Quòd à Vicariis non appelletur ad Episco-
pum, cum idem cum illo tribunal constituent; ab
Archidiacono autem, utpote inferiore, appellari pos-
sit ad Episcopum. 4. Etiam functione differt à Vi-
cariis.

§. II. De jure communi deberet unus tantum 255
in una diocesi esse Archidiaconus, qui post Episco-
pum sit primus in dignitate quoad stallum in choro
& vocem in Capitulo, sed his derogavit nunc con-
suetudo, nam vix est in Germania diocesis, quæ plu-
res non habeat; neque officium Archidiaconi dat
præferentiam in choro vel Capitulo.

§. III. Archidiaconus debet esse Diaconus secun- 256
dum dicenda n. 797., nam ideo dicitur Princeps Dia-
conorum: nihilominus etiam hinc videtur præscri-
psisse

psisse usus, nam sæpe sunt tantum Subdiaconi aut Clerici; imò in diocesi Monasteriensi multæ Abbatiæ sunt Archidiaconissæ, quamvis per Commissarium Ecelesiasticum debeant officium explere.

257 §. IV. Licet Cap. *Diaconi*, II. dist. 93. dicatur Diaconi esse oculi Episcopi, id tamen propriè convenit Archidiaconis, uti habetur Cap. 7. h. t. & in *Trid.* Ses. 24. c. 12. de Reform., quia nempe pro Episcopo advigilant gregi, visitant parochias, corrigunt mores, custodiunt ea, quæ sunt Ecclesiæ, uti habetur cap. 3. h. t. Quamvis autem Cap. 2. dicatur ad eos pertinere, ut curent Evangelium & ordinent circa canenda ac cantores, tamen in his partibus ea facere non solent. Vide *Dript* in spec. archid. s. I. a. 4.

258 §. V. Ad Archidiaconos spectat visitare, quibus quoad hoc subsunt Archipresbyteri seu Decani, Cap. 7. h. t. & Cap. 1. De off. Archipresb. Monasteria tamen Religiosa visitare non possunt, nisi adsit consuetudo, Cap. 10. h. t. Imò putat *Dript* a. 7. Episcopos ipsos non habere potestatem visitandi Monasteria Monialium, quæ sunt redacta in aliquam Congregationem, aut in quibus viget observantia: quidquid sit de hoc, de quo videri potest *Barb.* de potest. Episc. alleg. 74 à n. 16., rectè dicit *Dript* a. 8. Episcopos non habere potestatem ordinariam ad puniendos Regulares exemptos, etiamsi sint in Parochiis extra Monasteria, sed debere monere eorum Superiores, ut puniant, ac petere certiores fieri de punitione facta: quòd si Superiores neglexerint, Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ punire possunt: subsunt autem Regulares etiam exempti jurisdictioni, correctioni & punitioni Episcopi in illis, quæ curam animarum & Sacramentorum administrationem concernunt, uti ex *Trid.* Ses. 6. c. 3. de regul. notat *Fagn.* in Cap. *Grave*, de off. Ordin.

din. n. 35., & in Cap. *Tuarum*, de privilegiis n. 42.

§. VI. Archidiaconus secundum *Trid.* Sess. 24. c. 259
3. de Reform. assumpto Notario de consensu Episcopi per seipsum visitare debet: potest tamen Episcopus ex causa rationabili dare ei facultatem, ut visitet per Commissarium Clericum, non autem secularem; & Episcoporum interest scire, an ad id munus idonei substituantur, *Dript* a 9. Debent autem tam Archidiaconi quam Commissarii ipsorum infra mensem de tota visitatione rationes & acta exhibere Episcopo, uti habet *Trid.* supra, *non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemoriali atque exemptionibus & privilegiis quibuscumque.* Non potest autem Archidiaconus per suam visitationem impedire visitationem Episcopi aut ejus Vicarii, imò tenetur Episcopus supplere in locis, ubi deficiet diligentia Archidiaconi, *Trid.* supra.

§. VII. Archidiaconus debet semel tantum in anno visitare, nisi necessitas aliud postulet, Cap. 6. h. t., Et statuitur in *Conc. Toletano*, uti refertur Cap. *Inter cetera*, 10. q. 3., ut etiam Episcopus dicecesim visitans non amplius quam unâ die per unamquamque basilicam commorandi licentiam habeat. 260

§. VIII. Archidiaconi judicare non possunt de 261
causis matrimonialibus, & criminalibus, nisi probent possessionem immemoriam; quo tamen casu poterit etiam Episcopus de illis judicare, *Trid.* c. 20. Etiam non possunt propriâ auctoritate committere curam animarum aut conferre beneficia, *Barb. Leur.* p. 2. q. 723.

§. IX. Etiam non possunt Archidiaconi ferre 262
censuras ex vi officii, Cap. 5. h. t. *Trid.* Sess. 25. Cap. 3. de reform., Cap. tamen 7. & 9. h. t. dicitur ad ipsos pertinere institutionem corporalem tam super beneficiis quam etiam dignitatibus, ponere Abbates
& Ab-

& Abbatissas in Sede, examinare promovendos ad sacros Ordines vel ad beneficia, quamvis Cap. 8. dicatur non posse dare commendatitias ad Ordines; sed pro his omnibus spectanda est consuetudo cujusque Diœcesis, quæ in Monasteriensi non est, ut ferant censuras aut examinent ad Ordines.

263 §. X. *Trident.* Ses. 25. c. 3. de Reform. permittit, si expedire videbitur, (si nempe alia pœna non videatur fore salubrior) ut illi, qui defectus corrigunt, imponere possint etiam pecuniarias multas: & quamvis à jure certa pœna sit assignata delicto, docet tamen *Dript* s. 2. a. 4. posse commutari in multam pecuniariam; sed rectè addit ex *Fagnan.* non debere esse statutum vel consuetudinem, ut certum delictum certâ pecuniâ mulctetur, quia sic facillè peccarent ditiores, securi de alia pœna non subeunda.

264 §. XI. *Trid.* suprâ expressè statuit, ut ejusmodi multæ pecuniariæ, eo ipso quòd exactæ fuerint, assignentur locis pijs ibi existentibus: & idem mandatur Cap. *Presbyteri*, de pœnis; refertque *Fagn.* pro hoc declarationem sacræ Congregationis; Hinc etiam *Hoff.* *Gem.* *Covarr.* *Galet.* *Barb.* *Piasec.* cum *Dript* a. 5. docent omnino debere eas multas arbitrio Judicis Ecclesiastici statuas erogari in pios usus: si tamen non sint arbitrariæ sed à Canonibus vel statutis Synodalibus determinatæ, communis sententia est, quòd dictans, si verè & evidenter sit pauper, (quales ordinariè non sunt Archidiaconi) possit eas sibi applicare.

265 §. XII. Cap. *Irrefragabili*, de off. Jud. Ordinis sic statuitur, *Provideant diligenter Ecclesiarum Prelati, ut hoc salutare statutum ad quæstum pecunie vel gravamen aliud non convertant*: circa quod notanda sunt verba *Gersonis* Cancellarii Parisiensis apud *Dionysium Carthus.* de vita & regimine Epi-

scopi

Scopi art. 36. Dicitur non potest, quanta mala faciunt isti scelerati exploratores criminum, quos promotores appellant, qui simplices & agrestes pauperulos vitam satis innocuam agentes & fraudis urbana ignaros saepe in jus pro nihilo vocant, causas & crimina contra eos confingunt eosque vexant, terrent, irritant, & ita eos per talia secum componere ac pacisci compellunt: quod si facere renuerint, crebris & quotidie repetitis citationibus eos supra modum infestant: quod si qualibet occupatione praepediti comparere desierint, censura anathematis aut pecuniaria tanquam rebelles puniuntur; si vero perseveraverint comparere, eorum audientias apud iudicum tribunalia impediunt, morasque & subterfugia dilationum & interlocutionum captant, quae perfacile in foris Ecclesiasticis obtinentur, quatenus simplices longo tadio fatigati cogantur pactione pecunia redimere futuram vexationem atque impensam, sicque pro levi vel nullo delicto, pro exiguo debito sit innumerus cumulus expensarum.

§. XIII. Quales debeant esse Archidiaconi eorumque Commissarii, eleganter expressit S. Bern. de confid. l. 4. c. 6., ubi inter caetera haec habet, ut nempe sint tales, qui adventantium non manus attendant sed necessitates, qui stent viriliter pro afflictis & iudicent in aequitate, qui sint in iudicio industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, qui missi post aurum non eant sed Christum sequantur, qui questum legationem non aestiment, non requirant datum sed fructum: qui vulgus non spernant sed doceant; divite non palpent, pauperes gravent sed foveant; qui Ecclesias non spoliunt sed emendent; marsupia non exhauriant sed corda reficiant & crimina corrigant; qui redeant fatigati quidem sed non suffarcinati, gloriantes quod Eccle-

his

266

sis reliquerint Ordinem, Clericis disciplinam, De populum acceptabilem sectatorem bonorum operum

267

§. XIV. Similiter inter vitia eorum recenset *Dripi* l. I. a. ult., si delicta occulta publicè puniant; si nimis avidi sint pecuniarum; si ex respectu humano dissimulent delicta ditiorum ac potentiorum; si permittant se corrumpi pecuniis, ut delicta dissimulent; si ea signa habeant pro plenis probationibus, quæ suspicionem prudentem vix fundant: similiter vitium est, si ex vanis suspicionibus rusticos vocent ad iuramenta, an non hoc vel illud fecerint: tenenturque *Episcopi* invigilare ad ista, ne fiant, *March.* in *Trib.* tr. 8. tit. 3. l. 3. Defectus similes *Archidiaconorum* recenset *Philippus Rovennius* *Archi-Episcopus* *Philippensis*, de *Repub. Christiana* l. I. c. 20. n. 8. *Connivunt Archidiaconi ad vitia, recipiunt munera, conferunt beneficia non meritis, implent ignavis & inutilibus personis Ecclesias, ut repleant bursas, arces non personas visitant, res pauperum non erogant pauperibus sed amicis, imò turpibus personis secularibus. . . . contra Episcopum præscribunt, & in eius ordinariam messem extraordinariam falcem mittunt: scandalizant plurimos, cum impudicus vel simoniacis ac sacrilegis dissimulant propter munera vel quia eidem luto inhaerent.*

268

§. XV. Ob hos defectus aliosque similes dicit *Zerola* in *pr. benef.* p. I. v. *Archidiaconus*, eorum jurisdictionem hodie extinctam esse, illosque non esse amplius oculos *Episcopi*: dicit etiam *Laym.* l. 4. t. 2. c. 4. n. 4. eorum potestatem in multis diocesisibus esse translata ad *Vicarium Generalem*; sed hoc non tenet in multis diocesisibus, in quibus adhuc remanet *Archidiaconis* officium & auctoritas.

269

§. XVI. In eis, quæ spectant ad emendationem vel correctionem in visitationibus, non admittitur

appel-

appellatio, nec ad effectum suspensivum nec ad devolutivum, nisi modus excedatur, Cap. *Irrefragabili*, de off. Jud. Ordin., item Cap. *Ad nostram*, de appellat. Plura de Archidiaconis videri possunt in speciali tractatu apud *Leur*.

Q. 45. *Quid de Coadjutoriis sit notandum.* R. 270
De his dicitur à n. 718.

Q. 46. *Quid notandum sit circa erectionem & mutationem beneficiorum.* R. Seqq. 271

§. I. Beneficium erigere, est cum approbatione Superioris Ecclesiastica statuere jus percipiendi fructus ob aliquod spirituale officium: Ecclesias autem Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Regulares potest solus Papa approbare; item dignitates, quæ re & nomine novæ sunt ac primæ in aliqua Ecclesia, uti habet communis cum *Lott.* l. 1. q. 5. à n. 12. Episcopus tamen & Prælati habentes jurisdictionem quasi episcopalem pro certo territorio, possunt pro Ecclesia sibi subjecta approbare beneficia similia præexistentibus, v. g. secundum Archidiaconatum vel Personatum, hæc enim non tam sunt nova beneficia quàm extensio priorum: item possunt creare parochiales Ecclesias, uti habetur in *Trid.* Ses. 21. c. 4. de Reform. & Cap. *Ad audientiam*, 3. de ædif. Eccles., *Corr.* l. 3. c. 2. n. 2. Item creare possunt simplicia beneficia. Quid autem circa talia & circa ædificandas Ecclesias possit Sede vacante Capitulum vel Vicarius, explicat *Castrop.* tr. 13. d. 2. p. 2. n. 9. & d. 6. p. 11.

§. II. Possunt in eodem altari constitui plura beneficia, attamen sub diversis invocationibus, *Lamb.* apud *Barb.* de jure Eccles. l. 2. c. 8. n. 27. *Lott.* q. 2. n. 44., q. 30. n. 40. Imò & sub eadem invocatione, *Luca* de Jurepatr. d. 17. n. 3. Potestque admittere Episcopus beneficia in quibusvis Ecclesijs, etiam in-
vixis

vitæ harum Rectoribus, quia id spectat ad augmentum cultûs divini, nec præjudicat juri cujusquam, *Corr.* l. 4. c. 6 n. 42. Circa dotem autem beneficiorum & Ecclesiarum constituendam vel redintegrandam, videri potest *Leur.* p. 1. q. 21. & seqq.

273

§. III. Solus Papa potest mutare Collegiatam in Cathedralē, Parochialem vel simplicem in Collegiatam, sæcularem in Regularem, *Corr.* n. 4. *Castrop.* d. 6, p. 11. n. 2. *Lott.* q. 14. n. 43. Episcopus tamen potest mutare simplicem in parochialem, *Azor.* *Garc.* p. 12. c. 5. n. 3. *Barb.* de potest. Epif. alleg. 68. *Castrop.* *Corr.* c. 3. n. 12.; hoc enim est ad incrementum; sed non potest beneficium parochiale vel curatum reducere ad simplex aut dismembrati partem unire simplici, *Trid.* Sess. 25. c. 16. *Garc.* c. 2. n. 87. *Corr.* n. 13. Potest etiam Episcopus cum consensu Capituli ex personatu, quamvis non vacet & possessor sit invitus, erigere Præposituram, si ad sint causæ rationabiles, quæ in scripto afferri debent, *Lucea* de benef. d. 45 n. 5. Si tamen beneficium illud erat patronatûs laici, putant aliqui cum *Castrop.* p. 12. §. 2. requiri consensum Patroni, & ita insinuat *Trid.* Sess. 24. c. 15. & Sess. 21. c. 5. Potest etiam Episcopus Vicariam temporalem mutare in perpetuam, illam prius erigendo in beneficium, *Garc.* *Castrop.* §. 3. n. 6. Videri potest *Leur.* p. 3. q. 964. & 965. Item Capellaniam potest erigere in novam dignitatem, *Leß.* in auct. v. *Beneficium* casu 23. An Episcopus possit mutare mentem fundatoris vel onera beneficii, aut dispensare in qualitatibus requisitis, dicitur à n. 838. An autem lapsu temporis possit mutari status beneficii, dicitur à n. 296.

Q. 47. Quid notandum sit circa unionem beneficiorum. R. Seqq.

274

§. I. Solus Papa nunc post *Trid.* Sess. 14. c. 13.

de

de Ref., potest parochialem unire Monasterio, Abbatia, Collegiata, Dignitati, Canonicatui, vel alteri beneficio simplici, *Laym.* ad c. 2. de suppl. neglig. prælat. n. 3. *Barb.* de jure Eccl. l. 3. c. 16. n. 33. *Castrop.* t. 13. d. 6. p. 12. §. 3. n. 17. *Luca* ad *Trid.* d. 8. n. 19. *Gonz.* ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 7. à n. 63. *Garc.* p. 12. c. 2. n. 57. Potest tamen Episcopus beneficia simplicia unire Abbatibus, Monasteriis & locis religiosis, *Sanch. Garc.* n. 77. *Barb.* n. 36. *Castrop.* n. 21. *Tond.* qq. benef. p. 3. c. 151. *Lott.* l. 1. q. 29. n. 39. Quale autem jus competat Monasterio, cui unitur beneficium, explicant *Garc.* p. 11. c. 2. n. 3. *Barb.* de off. Episc. alleg. 72 n. 189. *Lott.* q. 28. n. 165. *Luca* de Parochis d. 10. à n. 6. Et ad quid obligetur tale Monasterium, explicat *Laym.* supra.

§. II. Potest Papa, quascumque uniones faciat, 275
derogare juri Collatoris ordinarii; & nominatim id potest, si Prioratum unius Monasterii uniat Monasterio alterius Ordinis: uti & potest derogare juri patronatus Ecclesiastici, *Covarr.*; & secundum probabilem etiam juri patronatus laici, si causa adsit, *Rebuff. Less.* in auct. v. *Beneficium*, cas. 28. Similiter potest Legatus Apostolicus per unionem auferre Episcopo collationem, *Rebuff.* citans *Rotam*: imò causa cognita & approbata potest fieri unio, non vocato aut etiam invito collatore aliisque, quorum interest, *Rebuff. Less.* cas. 27.

§. III. Secundum *Trid.* Sess. 21. c. 5. Episcopus 276
tanquam Sedis Apostolicæ delegatus potest unire Ecclesias parochiales, attamen cum consensu patronorum; aut etiam his invitis, si necessitas evidens postulet, uti ex variis declarationibus docent *Zerola* p. 2. v. *unio*, *Laym.* l. 4. t. 2. c. 9 & ad c. 4. de *etate & qual. presic.* *Castrop.* n. 11. Parochia tamen unire non potest Dignitatem aut Canonicatum, *Trid.*

Ses. 24. c. 13. *Ventrig.* T. 2. annot. 8. §. I. n. 21.
Gonz. n. 68. Item non potest beneficium aut fructus
 beneficii curati unire non curato, *Sanch. Lugo* in
 Resp. Mor. l. 5. d. 2. Excipitur causa paupertatis, ob
 quam, uti & ob alios casus à jure permisos, unire
 potest beneficia curata vel non curata cum curatis,
Trid. Ses. 21. c. 5. Item potest in Ecclesia sibi subje-
 cta facere unionem præbendæ Subdiaconalis cum
 ipsa Præpositura, ob illius paupertatem; & per
 accidens est, quòd Papa priveretur jure tale beneficium
 conferendi alterno mense, *Less.* casu 25.

277 §. IV. Etiam potest Episcopus cum consensu
 Capituli, quamvis invito possessore, unire Perfo-
 natus aliaque beneficia simplicia, non tantum Præ-
 bendis Canonicalibus, *Trid.* Ses. 24. c. 15., sed etiam
 dignitati tenuiori, *Gonz.* Gl. 37. & seqq. *Garc.* c. 2.
 n. 170. *Luca* ad *Trid.* disc. 8. n. 25. & de benef. d.
 46. Et universim, secundum *Castrop.* §. 2. & §. 3. n.
 II. *Barb.* de jure Eccl. l. 3. c. 16. n. 54. *Lott.* n. 40.
 potest Episcopus ex justa causa omnia beneficia suæ
 Diocesis non exempta, id est, quæ subjiciuntur pro-
 visioni Ordinariorum, unire: & ita, quando postulat
 bonum Ecclesiarum, quibus aliter provideri non
 potest, potest duas Capellanas cum consensu Patro-
 norum etiam laicorum erigere in beneficium paro-
 chiale conveniens unius sustentationi: quòd si una
 Capellania haberet quot hebdomadis legenda duo
 Sacra, altera quatuor aut quinque, *Less.* cas. 24. di-
 citur faciendam esse moderationem horum onerum,
 cum enim Episcopus possit quandoque addere, cur
 non & tollere onera, si ita postulet necessitas? Vide
 tamen dicenda à n. 854.

278 §. V. Etiam potest Episcopus Monasterium sibi
 subjectum consentientibus Monialibus unire Mona-
 sterio vel loco religioso, quamvis Moniales per alia
 Mona-

Monasteria forent dispergendæ: nec jus ullum ad hoc requirit consensum Capituli vel Canonicorum; & quamvis requiretur, sufficeret consensus majoris partis, *Bald. Tab. Sa, Less. cas. 26.*

§. VI. *Trid. Ses. 14. c. 9.* prohibet præstimoniam 279
aut beneficia qualiacumque unius Diocesis uniri cum beneficiis alterius Diocesis, etiamsi uterque Episcopus consentiret, *Castrop. §. 3. n. 10. Luca ad Trid. d. 18. n. 18.* Docent etiam *Castrop. n. 20. Luca n. 19.* aliique, non posse ab Episcopo uniri beneficium liberum cum patronato, ne liberum in servitutem redigatur; contradicit *Lott. q. 28. n. 165.* putans beneficium liberum extinguere, sed *Ventrig. n. 28.* dicit fieri posse, si Patronus consentiat, ut beneficium conferatur alternatim, jam liberè, postea ex præsentatione.

§. VII. Si ex duobus beneficiis æquè principaliter unitis fiat unum, neutrum per unionem extinguatur, *Paris. Gonz. Mandos. Garc-Leur. p. 2. q. 130.* Hinc retinentur privilegia & qualitates utriusque, si se compatiuntur; si autem se non compatiuntur, retinentur ea, quæ sunt magis favorabilia vel digniora, *Garc. à n. 40.* E contra si unum beneficium accessoriè annectatur alteri, beneficium annexum amittit rationem beneficii omniaque privilegia, & habetur veluti prædium illius, cui unitur, *Luca de benef. d. 44. n. 5. Castrop §. 1.* ubi notat, si in rescripto sic ponatur, *illud & illud beneficium unimus,* tum uniri æquè principaliter, & tali modo communiter unitur Præbenda Canonialis alicui Dignitati, ideoque possidens habet jus ad utrumque Capitulum; si autem dicatur, *tale beneficium unimus illi,* tum prius uniri accessoriè: & tum extinguatur beneficium illud, quod unitur, soletque tum fieri, si fructus sint ita imminuti, ut non sufficiant honestæ 280
susten-

sustentationi; sic enim etiam fieri potest, ut fructus unius Canonici distribuantur in presentias aliorum Canonorum, uti habet *Trid.* Ses. 24. c. 15.

281 §. VIII. Episcopus unire potest aliqua beneficia Seminario, quamdiu id erit necessarium ad educationem juventutis pro Clericatu, *Trid.* Ses. 23. c. 18. Notant tamen omnes communiter cum *Garc.* n. 193. & *Castrop* p. 12. §. 3. à n. 13. Seminarium debere antecedenter fuisse institutum, id est, domum saltem conductam, in quam inducti sint actu scholares & aliqui Magistri; deinde ut electi sint duo Canonici pro ejus regimine; item unus ex Capitulo, alter ex Clero; item unus per Capitulum alter per Clerum, qui quatuor electi agant de instituendis taxis & necessitate uniendi beneficia, postquam adverterint partem detractam de mensa Episcopali aliisque beneficiis per diœcesin non fore sufficientem pro fabrica & sustentatione talis Seminarii, uti fuse explicant *Lott.* q. 29. à n. 47. aliique apud *Leur.* q. 888. Quod si Capitulum vel Clerus intra terminum competentem non deputeret aliquem, S. Congregatio statuit, ut Episcopus cum aliis tribus taxet, quando enim non dicitur *de consilio* sed *cum consilio*, non tenetur quis sequi, sed tantum audire consilium, uti notant Canonistæ apud *Lugo* in Resp. Mor. l. 5. d. 21. Hæc autem beneficia unienda debent esse tantum simplicia, non requirentia residentiam, non Ecclesiæ Collegiæ, non collationis inferiorum Collatorum, non juris patronatus etiam Ecclesiastici, non antecedenter unita Monasteriis, non reservata post vacationem, non solius provisionis papalis (nisi fieret pro tempore vacationis posthac futuræ) non litigiosa, non manualia, non monocularia, uti pluribus docent AA. apud *Leur.* q. 889. 900. 902.

282 §. IX. Uniones, quas facit Episcopus, debent esse in

in perpetuum, si nempe causa & necessitas sit perpetua, & non ad vitam alicujus tantum, alioquin non tam provideretur Ecclesie quam personae, *Trid. Sess. 7. c. 4. Barb. n. 54. Castrop §. 2. n. 7. Leur. p. 1. q. 901.*

§. X. Ad valorem unionis ab Episcopo faciendae, praeter justas causas, de quibus videri potest *Leur. p. 3. à q. 909.*, requiruntur etiam quaedam veluti solennitates, inter quas est cognitio causae, *Barb. Castrop. Leur. q. 911.* Potestque etiam videri *Leß. cas. 27. Lott. l. 1. q. 28. n. 167. Luca de benef. d. 47. n. 6. de Parochis d. 10. n. 5.*, ad *Trid. d. 8. à n. 11. Leur. q. 913.* An autem & quando requiratur consensus Capituli, vocatio possessoris beneficii, Patroni &c.; item an exprimendus sit valor & litigiositas beneficii, refert *Leur. ex AA. q. 914. & seqq.*

§. XI. Quamvis unio raro possit praesumi, cum sit aliquid facti & quidem odiosi *Castrop. §. 4. n. 3. Leur. q. 882.*, adeoque probari debeat, *Leur. q. 931.*, tamen si facta sit, ordinariè loquendo, praesumi debet adfuisse causam, maximè si uniens testetur de cognitione causae, *Corr. Garc. n. 121. Barb. n. 51. Leur. q. 910.* Et post lapsum 30. annorum praesumitur facta validè & cum solennitatibus, nisi constet de contrario, *Leur. q. 929.*, qui q. 932. & 933. explicat, quomodo probari possit esse factam.

§. XII. Unio tum prius habet locum, quando beneficium unitum vacaverit, quia uniens non vult praesudicare possessori, nisi ei aliter subveniat, *Laym. supra, Garc. n. 214. Paris. l. 2. q. 9. n. 7.*

§. XIII. Praelati Episcopo inferiores non possunt, per se loquendo, beneficia unire, nisi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, *Lott. q. 28. n. III. 134. & seqq. Ventrig. n. 2. Castrop. §. 2. n. 18.* Nec potest Vicarius Episcopi ex vi officii sui, uti habet communior cum *Castrop. contra Lott. à n. 125. Nec Coad-*

jutor Episcopi, nisi Coadjutus mente deficeret, *Luca* de Paroch. d. 35. n. 10. Nec Archi-Episcopus in Ecclesiis suffraganeis, quia non sunt ei subjectæ, nisi in casibus à jure expressis, *Barb.* n. 58. *Castrop.* n. 17. Excipit *Ventrigl.* n. 6, nisi ob negatam justam unionem ad eum appellaretur, sic enim ad ipsum devolveretur negotium: Potest tamen Legatus à latere, uti plures docent apud *Leur.* q. 905. Sed non Capitulum Sede vacante, uti tenent aliqui contra alios; & saltem nullum beneficium vel Ecclesiam potest sibi unire. *Leur.* q. 908.

287 §. XIV. Singuli Pontifices statim post electionem suam vi Regulæ 13. & 21. Cancellariæ revocant omnes uniones, annexiones & incorporaciones nondum sortitas effectum, uti pluribus explicat *Chok.* ad Reg. 21. Non tamen revocant illas, quæ saltem ex parte sunt sortitæ effectum, *Garc.* n. 294. Plures autem adhuc sunt exceptiones ab illa Regula revocatoria, uti videri potest apud *Chok.* supra *Corr.* l. 2. c. 5. à n. 21. *Lott.* q. 28. & 29. *Leur.* q. 941.

Plura de unionibus beneficiorum videri possunt apud *Leur.* p. 1. à q. 162. & p. 3. à q. 877.

Q. 48. *Quid notandum sit circa divisionem, dismembrationem & suppressionem beneficiorum.*
R. Seqq.

288 §. I. Divisio beneficii est, quando de uno fiunt plura: qui autem jure ordinario possunt unire, etiam possunt dividere, *Castrop.* t. 13. d. 6. p. 12. §. 4. n. 4. *Luca* de Paroch. d. 35. n. 8. *Leur.* p. 3. q. 935; hinc si Episcopus ob paupertatem univit duas Ecclesias, illâ cessante poterit dividere & post unionem dissolutam redeunt beneficia ad pristinam naturam, v. g. redit jus patronatus, *Leur.* q. 945.

289 §. II. Dismembratio beneficii est separatio tantum aliquorum fructuum ab illo, ut applicentur al-

teri

geri beneficio vel loco pio: per hoc differt à divisione, quòd per hanc titulus fiat multiplex in ordine ad constituenda plura beneficia, dismembratio autem relinquat unicum beneficium, à quo separat partem fructuum, *Garc. p. 12. c. 3. n. 1. Tond. qq. benef. p. 3. c. 156. n. 17. Castrop p. 10. Leur. q. 946.*

§. III. Episcopus potest ex causa dividere beneficium, etiam unam Parochiam in duas, unum Canonicatum in duos, vel in unum Canonicatum & portionem, servatis his conditionibus, ut fructus singularum partium sufficiant honestæ sustentationi & serventur solennitates in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitæ. Vide *Castrop. à n. 3. & Leur. q. 935.*, ubi multa habet de dissolutione unionum. 290

§. IV. Episcopus non potest ab Ecclesia parochiali dividere beneficia simplicia vel Oratoria unita; neque partem fructuum, & applicare beneficio simplici, uti conformiter ad *Trid. Sess. 25. c. 16.* notant *Castrop. n. 2. Tond. c. 36. n. 4. Garc. c. 2. n. 88.* 291

§. V. Non tantum causæ sed & solennitates requiruntur ad divisionem, uti & ad unionem, *Lott. l. 1. q. 28. n. 4. Corr. l. 3. c. 2. n. 2. Leur. q. 949. & seqq.*, ubi etiam explicat, an in dubio præsumantur, quæ causæ & solennitates requirantur, quandonam divisio dicatur sortita effectum. Rectè autem docent *Castrop. Lott. Leur. q. 940.* posse Episcopum uniones à prædecessoribus factas examinare ac dissolvere, si inveniatur non canonicè factas. 292

§. VI. Ex quibus causis una parochialis possit dividi aut dismembrari, pender ex plurimis circumstantiis, uti rectè *Luca ad Trid. d. 16. à n. 2.*, ideoque dicit esse potius quæstionem facti: pro directione videri possunt *Trid. Sess. 21. c. 4. Gonz. ad Reg. 8. Cancel. gl. 6. n. 96. Barb. de jure eccl. l. 2. c. 2. à n. 8. Luca de Paroch. d. 18. n. 2. & d. 34. & 35. Lott. l. 1.* 293

q. 28. Et notandum est, quando dividitur una Ecclesia in duas, jus patronatus novæ competere Rectori antiquæ, si hæc de suo aliquid contulit pro dote novæ, *Lott.* n. 47. Unde aliàs peti debeat dos pro nova Ecclesia, videri potest *Luca* de Decimis d. 12.

294 §. VII. Ex quibus indiciis præsumi possit dismembrationem esse factam cum auctoritate & solennitatibus requisitis, videri potest apud *Barb.* l. 1. c. 20. n. 19. & *Lott.* à n. 38. ; quales verò solennitates in tali dismembratione observari debeant, explicant *Lott.* à n. 6. *Corr.* à n. 4. *Luca* de Parochis d. 35. à n. 5.

Plura de divisione beneficiorum videri possunt apud *Leur.* à q. 957. ; de dismembratione autem, à q. 946, uti & p. I. à q. 154. Denique an & quâ auctoritate possit una provincia religiosa dividi in duas, videri potest *Luca* de Regul. d. 5 & 27.

295 §. VIII. Suppressio beneficii est extinctio tituli, per quam beneficium definit; potestque esse temporalis aut perpetua. Quòd si non extinguatur titulus sed tantùm veluti suspendatur vis illius, v. g. quia unicitur alteri, sed solutâ unione potest redire, non est in rigore extinctio, quidquid contradicant *Lott.* l. 2. q. 8. à n. 84. & *Corr.* l. 2. c. 8. à n. 73. Requirit causam necessariam, quæ probanda est; item solennitates &c., de quibus omnibus *Leur.* p. 3. à q. 967. Quid autem circa eam possit Episcopus, habet *Trid. Sess.* 24. c. 15., potestque videri *Leur.* q. 972. Denique suppressio non posse aliam Episcopo inferiori, nisi per viam unionis, declarat *Leur.* q. 973.

296 Q. 49. Quomodo per lapsum temporis mutari possit status beneficii. R.

§. I. Ut beneficium primitus sæculare fiat regule, vel contra, sufficit per 40. annos continuè ac pacificè ab uno vel pluribus Regularibus in eo institutus

tutis
præb
55. à
anni
refig
324.
peru
n. 3.
natu
requ
quir
& §.
§.
cesse
volu
tem
cra n
qui l
pata
jus c
40.
pug
do b
tale
pur
re r
sac
ut p
tane
& i
que
tibi
prin
gul
run

tutis fuisse gubernatum, Cap. *Cum de beneficio*, de præb. in 6. *Barb.* ibidem, *Maresch.* l. 1. var. Ref. c. 55. à n. 69. *Corr.* l. 1. c. 6. n. 322. Etiam sufficiunt 40. anni, ut curatum fiat non curatum, *Rota, Paris.* de resign. l. 10. q. 2. n. 88. *Maresch.* n. 1. & 2. *Corr.* n. 324. *Tusch.* litt. S. concl. 424. n. 4. & 8. Item ut perpetuum fiat manuale, & contra, *Barb.* n. 10. *Maresch.* n. 3. *Corr.* n. 293. Item ut patronatum fiat non patronatum, *Maresch.* n. 12. *Corr.* n. 349. & 360. Item ut requirens residentiam personalem, postea non requirat, *Hurt.* de resid. T. 1. l. 6. Ref. 6. §. 4. n. 8. & 9. & §. 6. per totum.

§. II. Ut ita fiat mutatio statûs in beneficio, ne- 297
cessè est, ut ea inducatur ab habente potestatem & voluntatem primævum statum immutandi: hæc autem potestas (saltem quoad aliqua de quibus vide dicta n. 273.) est etiam penes Episcopum vel alium, qui habet potestatem quasi Episcopalem, *Corr.* n. 325.; patat tamen *Lott.* l. 1. q. 34. n. 10., si non repugnet jus commune, sufficere simplicem præscriptionem 40. annorum; ut mutetur status beneficii; at si repugnet, quia v. g. agitur de statu sæculari imprimendo beneficio regulari vel contra, dicit non sufficere talem præscriptionem, nisi simul ostendatur Episcopum ab initio præscriptionis voluisse è sæculari facere regulare: *Pirb.* l. 3. t. 5. n. 122. ait, ut beneficium sæculare transeat in regulare, non tantum requiri, ut possidentes illud per 40. annos administraverint tanquam Regulares, sed etiam ut conferatur animo & intentione velut imprimendi alium statum, ideoque conferens in collatione dicat Regulari, *conferatibi beneficium sæculare &c.*; si tamen beneficium primitus sæculare lapsu 40. annorum factum sit regulare potest iterum fieri sæculare lapsu 10. annorum, & viceversâ, quia facilius est rem redire ad

pristinam, quàm abire ad alienam naturam, *Cox.*
n. 321. & 326.

ARTICULUS II.

*Quomodo acquirantur & conferantur
Beneficia.*

“**R** Esp. I Beneficia Ecclesiastica uno ex tribus mo-
“dis communiter acquiruntur : 1. Per electio-
“nem, v. g. Canonicorum; vel etiam postulationem,
“(quæ est electio ejus, qui non erat de Capitulo,
“vel de jure non erat capax) & confirmationem Su-
“perioris, si electum vel postulatum idoneum esse
“intelligat. 2. Per præsentationem Patroni præviam,
“& institutionem subsequam, à Prælato Ecclesiæ fa-
“ctam, si præsentatus sit idoneus. Etsi verò Patro-
“nus præsentato jus ad rem conferat, ita ut benefi-
“cium alteri conferri nequeat; jus tamen in re, &
“collatio beneficii per institutionem datur. 3. Per
“collationem liberam, quando Beneficium solo ju-
“re Prælati datur, nec Patronatus juri subest: Unde
“etiam beneficia, ex modo conferendi, dividuntur
“in Electiva, Patronata, & libera.

“ Resp. II. In qualibet diocesi Episcopus est pro-
“prius collator beneficiorum, nisi ex legitima præ-
“scriptione hoc jus alteri competat: supremus au-
“tem & universalis collator omnium Beneficiorum
“non patronatorum, est Papa: *Less. lib. 1. c. 34. d.*
“10. Ratio prioris est, quia Episcopus in sua diocesi
“est moderator sacrorum; ergo ipsius est officia sa-
“cra conferre. Ratio posterioris, quia Papa est su-
“premus dispensator bonorum Ecclesiasticorum, &
“Ordinarius Ordinariorum.

“ Potest autem Papa tribus modis Beneficia con-
“ferre